



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Quomodo iuuandi sint, qui diffidentiaë, aut desperationis difficultate
laborant. Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Sancta Ecclesia nobis credenda proponit. Quamuis enim credamus, propter auctoritatem Dei reuelantis (vt dictum est) euidentis tamen fit ex his, esse secundum rationem quod credere debeamus. Et hec de fide sint dicta, ex quibus quam partem dicere oporteat, cum aegrotus de fide tentatur, discretioni eius, qui iuuat ipsum, relinquendum est.

*Quomodo iuuandi sint, qui diffidentia,
aut desperationis difficultate
laborant.*

CAPVT XIII.

VT dejecti in spem erigantur, in primis videatur an verè aliquid sit, quod merito aegrotum prout *causa* tunc dispositus est, ad diffidentiam *diffidentia* moueat. Tale quid esset affectus ad peccatum, quem nollet relinquere, puta odij, *inimicitia* inimicitia, usurae, voluntatis non restituendi aliena, vel quid huiusmodi, de quibus inferius agitur c. 17. aut peccata aliqua in confessionibus omissa, aut non bene explicata, & tunc impedimentum illud remouendum est, per bonam confessionem: & causa diffidentiae sublata, ipsa quoque diffidentia tolletur.

Q

Si

Si non erit causa iusta, propter quam diffidat, sed ex naturæ pusillanimitate, vel memoria peccatorum præteritorum vel tentationibus Dæmonis orta diffidentia, & sexualis timor videbitur, animari debet multis modis. Primò ex parte Dei offensi, cuius proprium est misereri semper, & parcere, dicendo hæc vel similia: Charissime, bono animo esse te oportet cum negotium habeas cum Patre, qui quamuis offensus est a te, Pater tamen est: & quidem (vt sacra scriptura nos docet) Pater misericordiarum, cuius miserationum non est numerus, cuius misericordia super omnia opera eius, misericors & patiens, longanimis, & multum misericors, & præstabilis super malitia, & te tantopere dilexit, vt Filium in mortem impenderit, quò te à peccatis redimeret: cuius tanta est propensio ad ignoscendum, vt proponenti confiteri peccata quasi præueniens dimittat, iuxta illud Psalmistæ. Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

Secundò,

Secundò Christi Deo multum & fuit Deus in nostrum cum, & lumen in tanta etiam nostri, vt ceteris peccatis satisfactorum sanat nos, lores nostrorum odi demum eius omnia nos ex illius patiens, & dimittendum per infinitam dicitur. Vnde ex iustitia peccatorum inquam, Ceteris dignabitur suum facere. Nota etiam dextera quod dexteram in cicatrices vultus passus est, &

Secundò, ex parte Mediatoris ipsius Christi Domini nostri. Verum est quòd multum & grauiter peccauimus: sed posuit Deus in Christo iniquitatem omnium nostrum: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanitati sumus. Fuit enim tanta erga nos pietas, & bonitas Dei nostri, vt cum non possemus nos pro nostris peccatis satisfacere, dederit nobis satisfactorem Filium suum: eius humilitas sanat nostram superbiam: eius dolores nostras voluptates: eius mansuetudo nostras iracundias: eius charitas nostra odia, & damna proximis illata: demum eius obedientia vsq; ad mortem omnia nostra peccata delet: & minima ex illius passionibus sufficeret ad satisfaciendum pro omnibus peccatis, cum sit infinitæ dignitatis persona satisfaciens. Vnde ex iustitia potes petere remissionem peccatorum, & regnum Dei: ex iustitia, inquam, Christi, cum tibi eam applicare ipse dignabitur, qui superabundans premium sui sanguinis pro te fudit.

Esai. 53.

Nota etiam quòd ille futurus est iuxta *1. Ioh. 2.* dexterus qui est aduocatus, & sedens ad dexteram Patris ostendit Patri æternocicatrices vulnerum, quæ pro tua salute passus est, Dic ergo cõfidenter: Domine

Q 2 Iesu

Secundò,

Iesu, pone crucem tuam inter iudicium tuum, & animam meam, & saluus ero.

Vide, quam voluntatem habeat mansuetissimus agnus te condemnandi, qui

Ioa. 18. Malci, cum veniret ad ipsum capiendum auriculam a Petro abscissam sanavit: qui cum idem Petrus ter ipsum negasset, respexit illum tam amanter, & mouit ad penitentiam, & postea caput etiam Ecclesiae eum constituit: qui inter dolores crucis extremos, primum id verbum pro-

Luc. 22. fert; Pater ignosce illis, quia nesciunt, *Io. 12.* quid faciunt, qui latroni in Cruce pen-

Luc. 23. denti, ut sui memor esset, ait. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Scias demum, quod magis ipse Dominus desiderat te saluum facere, quam tu ipse desideras quis ergo locus diffidentiae.

Ab exemplis hominum qui offesos condonaverunt.

Gen. 50.

1. Reg.

24. 25.

26.

Act. 5.

Tertio exemplis, hoc modo. Si homines serui Dei tam facile dimiserunt offensas sibi factas, ut Ioseph suis fratribus dimisit, ut David, Saul & Nabal: ut sanctus Stephanus iis qui ipsum lapidabant; pro eis orando, & alij plurimi Sancti propter aliquam participationem diuinae bonitatis: quid putare debemus de illo fonte, in ò mari immenso bonitatis, & misericordiae infinitae? quanto erit ei faci-

Eos qui
facilius, & m
parcere: pra
quod quant
cata, tanto
riam, si illa
enim ille D
sequitur, qu
expugnat, &
Christus m
rem, cum vi
ra ad cor re
nis delet. M
tia, grandia
cibus dimit
gnitudo au
quibus tibi
David in fi
liath, & in
vna Crucis
Daemonem
(si in ipso c
essent supe
quam vnqu
ta Haec no
terrupta (ut
paulatim d
historia po
Pharao pre
impediret,

facilius, & magis congruum misereri, & parcere: præsertim cum hoc sit certum, quod quanto maiora fuerunt tua peccata, tanto cedit ad maiorem Dei gloriam, si illa tibi poenitenti dimittat? Ut enim ille Dux maiorem honorem consequitur, qui munitiora castella, & vrbes expugnat, & hostes validiores superat: sic Christus maiorem consequitur honorem, cum vitia, & peccata plura & maiora ad cor redeuntium, pretio sui sanguinis delet. Maioris etiam est magnificentia, grandia debita quam exigua, supplicibus dimittere. Ne ergo terreat te magnitudo aut numerus peccatorum, de quibus tibi displices sicut enim vno ictu David in figura Christi prostravit Goliath, & in fugam vertit Philistæos: sic vna Crucis suæ applicatione Christus Dæmonem cum omnibus peccatis tuis (si in ipso confidas) prosternet, etiam si essent super arenam maris, & grauiora, quam vnquam in mundo sint perpetrata. Hæc non continua oratione, sed interrupta (vt primo cap. admonuimus) & paulatim dici debent: Potest & narrari historia populi Israelitici, cum hinc Pharaos premeret, inde mare effugium impediret, quod virga percussum mare,

1. Re 17.

Exo. 14.

Q 1 ipis

ipsis iter securum præbuit, & Pharaonem cum exercitu submersit: sic si voluntatis suæ virga, quia detestetur peccata, & ad Dominum conuertatur, malè peccatorum vitæ suæ antea percussit, euanescent peccata. Sic potest adduci ex nouo testamento exemplum filij prodigi, Magdalenæ, Samaritanæ, Chananæ, præter illud Petri & Larronis, quod retigimus; & in veteri, Dauid, Manasse, & populi Israëlitiçi, quem post tot offensas ad terram promissionis, in figuram beatitudinis adduxit.

Quartò ex parte promissionis Dei, dici potest; non dubites de venia, & eam tibi ego proferam, digito Spiritus sancti scriptam, per Prophetam Ezechielem: In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Fidelis est Deus; negare seipsum non potest. Habes & manu Christi simile chirographum promissionis apud Euangelistam Matthæum Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra. Sic apud Lucam, Dimittite, & dimittimini. Vides ergo frater, quòd si offensas tibi factas ex corde dimittis, dimittet & tibi Deus peccata tua.

Quintò

Quintum
rum, de qua
gelorum, &
phante & m
piorum hom
ticipes, tot
lium, dicen
culari fit pro

Sextò, ex
procedi pot
stendit con
gentia, qua
dam, quam
niente grat
ipfi velit D
am quæren
sollicitus e
est, quòd c
ad peccatu
adducere si
tu, vt me
nam, & in
qui senten
præripere
pronuntia
te mortem
vsque tern
Quare be
est in hac a

Quintum, ex multitudine aduocato-
rum, de qua cap. 6. superius, scilicet An- *Ex mul.*
gelorum, & Sanctorum, in Ecclesi. *ritudi.*
phante & militante; ex operibus omni- *ne aduo*
piorum hominum, quorum sumus pars *caton.*
ticipes, tot Missis, & orationibus fide-
lium, dicendum etiam, si quid in parti-
culari sit pro eo.

Sexto, ex bonis, quæ agit ipse agrotus *Ex bene*
procedi potest, & ex voluntate, quam o- *affis.*
stendit consequendi veniam, & ex dili-
gentia, quam adhibet ad eam obtinen-
dam, quam non adhibuisset, sine præue-
niente gratia Dei. Signum est ergo quod
ipsi velit Deus ignoscere, eum det gratis
am quærendi veniam. Si etiam Dæmon
solicitus est de ipso tentando, signum
est, quod de præda dubitat: & quando
ad peccatum desperationis ille nititur
adducere signum est, quod in eo sit stas
tu, vt mereri etiam possit vitam ater-
nam, & injuriam facere judici Christo,
qui sententiam, quam ipse laturus est,
præriperet, damnatum jam aliquem
pronuntiando, dum viuit. Non enim an-
te mortem sententia fertur, & ad illum
vsque terminum merendi status durat.
Quare bene sperans quæcunque passus
est in hac ægritudine, & in tota via simul

Q + cum

cum passione Christi offerat Deo, & magnam habebunt vim satisfaciendi: maximè accedente præparatione ad mortem subeundam, in remissionem peccatorum, de manu Dei. ¶

*Oratio-
nes ad
erigen-
dus pu-
sillani-
mes in
morte.*

Septimò, per modum orationis adiuuari potest hoc modo. Eia ergo frater sub vexillo spei de misericordia, & veritate promissionis Dei, de meritis Christi de intercessione Matris, & omnium Angelorum, & Sanctorum, bono animo pugna contra omnes aduersarios: reportabis enim, cum Dei auxilio, victoriam, etiam cum spolijs meriti maioris. Dicas ergo mecum, Pater noster, qui es in cælis, miserere filioli tui, mali, & ingrati, sed tamen filij, què adoptasti per Iesum Christum verum, & consubstantialem Filium tuum: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dicas & illud In te Domine speravi, non confundar in æternum. Et illud cum filio prodigo; Peccaui in cælum, & coram te: sed maior est tua bonitas, quam malitia mea. Dicas cū beato Anselmo: Domine si puritatem meam ademi, nunquid misericordiam tuam peremi? Si commisi vnde me damnare posses, tu non amisisti vnde saluare soles
propter

Psal. 30.

propter ten-
nitet me, qu-
cuis tuis, qui
Iesu Christi
& charitat-
ipsum, pro m-
tatem meam
si occiderit
Psalmistam d-
quoniam ad-
vultus mei,
magis, & m-
tio dictabit
dici. Dicat
tres in judi-
ne male eni-
delicta me-
imploro, a-
fugio, non
cias nobis
nostras ret-
Vertat e-
num Iesum
go ei osten-
qui sanguis
miserere m-
dolores &
salute me-
peccaui n-

propter te ipsum miserere mei. Pœnitet me, quòd tam ingratus fui beneficijs tuis, quibus me affecisti, sed propter Iesu Christi Domini nostri obedientiã, & charitatem, & preciosissimam mortẽ ipsius, pro me tibi oblaram, dele iniquitatem meam. Dicas & illud Iob *Iob. 15.* si occiderit me, sperabe in eo. Et cum Psalmista dic animæ tuæ. Spera in Deo, *Pf. 41.* quoniam adhuc constebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. Hæc dilatari magis, & minus poterunt, prout discretio dictabit, & simul plura, vel diuisim dici. Dicat & illud Psalmistæ, Non in- *Pf. 114.* tres in iudicium cum seruo tuo, Domine male enim mecum agetur, si secundũ delicta mea iudicabor: misericordiam *Pf. 120.* imploro, ad misericordiam tuam confugio, non secundum peccata nostra facias nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Vertat enim se aliquando ad Dominum Iesum Christũ, cuius crucifixi imago ei ostendi potest, dicẽs, Domine Iesu qui sanguinem tuum pro me effudisti, miserere mei. Domine Iesu, qui inter tot dolores & ignominias vitam tuam pro salute mea dedisti, miserere mei, quia peccavi nimis in vita mea. In manus

Q 5 tuas

tuas Domine, commendo spiritum meum. &c. Ex ijs autem, quæ 6. cap. de spe erigenda, & de exercenda dicta sunt, alia si opus erit, desumi etiam poterunt.

Quomodo iuuandi sint, qui contrarijs malis tenentur presumptionis & nimia confidentia.

CAPVT XIV.

Pf. 40. **Q**UI excedunt in spe, & ad præsumptionem declinant, frenandi & dirigendi sunt, si enim sibi placere videntur, & efferri recordatione bonorum operum, quæ egerunt, juxta illud, Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperum, in die mala liberabit eum Dominus, & ita sibi deberi cælestem beatitudinem elato animo sentire videntur; admonendi sunt, quòd non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam, saluos nos fecit, vt ex Apostolo docemur: & in Dei bonitate, & Christi meritis præcipuè figenda est anchora spei: qui etiam dedit gratiam ad bene operandum. Item quòd quantum in nobis est: vniuersæ iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatae, sed ex gratia Dei valorem habent omnes bo-

*Tit. 3.
Vbi spei
anchora
augenda.
Pf. 64.*

RÆ

nae actione debetur non peccata non. Nam quod sufficiente tanquam extra ex Deo agere etiam finis. & alii imperfecte debemus a vinum nostrum est aqua placendi De gloria, vel imperfecte qua facere si de bonis sunt, sine modo, quòd incertis omnibus: quòd imò tantum charitati, & quòd ei debimò in animi

Si excedat agroti vide